

6277.

1360 maj 18.

Villeneuve-lès-  
Avignon.

Påve Innocentius VI befäller i särskilda skrivelser ärkebiskopen i Uppsala, biskoparna i Åbo, Linköping, Strängnäs, Skara, Västerås och Växjö samt drottning Blanka av Sverige och Norge att såsom borgensmän återbetala återstoden av den stora penningssumma som konung Magnus är skyldig den apostoliska kammaren och som han för länge sedan mottagit av Johannes Guilaberti, dekan i Dorpat och apostolisk nuntie, vilken hade dessa penningmedel med sig i de länder där han var nuntie. Borgensmännen har hittills vägrat betala tillbaka skulden, trots att de anmodats därtill av Johannes Guilaberti, vilket framgår av brev i ärendet. Påven är i stort behov av dessa och andra pengar på grund av krigen med Lombardiet.

Reg. Vat. 244 L (archetypa epistolarum), nr 250, fol. 87 r och Reg. Vat. 241, fol. 27 r-v, Vatikanarkivet.

Tryckt: APS Cam. nr 599; Dipl. Norv. VI: 1, nr 245 (b-h, j).

Se nr 6275 ovan med där anförd litteratur och där uppräknade brev.

*Rättelse till APS Cam. nr 599: s. 624 textrad 2 conuentibus läs quientibus.*

6278 a.

1360 maj 19.

Villeneuve-lès-  
Avignon.

Påve Innocentius VI uppmanar konung Magnus att bistå de nyutnämnda administratorerna för Lunds domkyrka Johannes Guilaberti och Henrik Biscop och att bidra till frigivandet av domkyrkans prost Nils Absalonsson, som hålls fängslad (på Bornholm av ärkebiskop Jakob).

Reg. Vat. 241, fol. 28 r-v, Vatikanarkivet.

Tryckt: APD nr 518; Dipl. Dan. III: 5, nr 316.

Översättning: (till modern danska) Danmarks Riges Breve III: 5, nr 316.

Se ovan nr 6273 med där anförd litteratur och där uppräknade brev. Se även motsvarande brev för konung Valdemar av samma dag (Dipl. Dan. III: 5, nr 317).

Carissimo / in *Christo* filio · Magno / Suetie et Norwegie / regi / jllustri / salutem et cetera ·  
· In amore virtutum / et operibus caritatis / decet celsitudinem regiam / esse continue studiosam / maxime cum ex hijs procul dubio retributionis eterne premium / et humane laudis preconium acquiratur · Dudum siquidem venerabili fratre nostro Jacobo archiepiscopali sue / Lundensi ecclesie presidente / nos cupientes statum ecclesie, / cuiusmodi facultates / propter incautam administrationem / eiusdem archiepiscopi nimium sunt colapse<sup>a</sup> / operationis nostre misterio<sup>b</sup> releuari / cure et regimini / ac administrationi ecclesie sepedicte dilectos filios Johannem Gilaberti / apostolice sedis nuncium / et Henricum Biscop / nostrum et sedis apostolice capellanum / administratores ecclesie memorate / deputauimus non est diu / Quia igitur fili carissime virtutis opus esse dinoscitur / Dei ministros benigno fauore prosequi / eosque uerbis et operibus pro regis eterni gloria uenerari, / serenitatem regiam rogamus et hortamur attente / <sup>1</sup>quatinus / eosdem administratores Lundensis ecclesie memorate / dictamque Lundensem ecclesiam / eisdem ut prefertur commissam / habens pro diuina et apostolice sedis reuerencia propensius commendatos / administratoribus memoratis circa

recuperationem et liberationem a carceribus / atrocibus atque clausis in quibus dilectus filius Nicolaus Asolonis<sup>c</sup> prepositus ecclesie sepefate / apostolice sedis nuncius / per eundem archiepiscopum diutius detinetur / pro sue voluntatis arbitrio / ut dicitur captiuatus / et circa recuperandi / manutenendi / et ampliandi / iura dicte ecclesie Lundensis / te liberalem exhibeas<sup>d</sup> et in cunctis oportunitatibus graciosum<sup>-1</sup>, / ita quod ijdem administratores / in comissa Lundensis ecclesie administratione<sup>e</sup> debite prosperari / et idem<sup>f</sup> captiuus a prelibatis carceribus liberari / atque reduci ad suam prestinam<sup>g</sup> libertatem ualeant Deo propicio in futurum / ac tibi abinde / a retributore bonorum omnium perempnis<sup>h</sup> uite premium rependatur / ac a nobis condigna proueniat actio graciaram alias prestiturus<sup>i</sup> / quod ad prelibati captiui redemptionem sententiarum, interdictorum et aliorum censure remedij procedetur<sup>2</sup> / Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis · xiiij · Kalendas Junij anno octauo ·

<sup>a</sup> *D.v.s.* collapse. <sup>b</sup> *D.v.s.* ministerio; jfr *R.E. Latham, Revised Medieval Latin Word-List (1965), s. 299.* <sup>c</sup> *Sannolikt avskrivningsfel för Absolonis ms.* <sup>d</sup> *Skrivet på rasur ms.* <sup>e</sup> *admi nistratione utan avstävningstecken vid radskifte ms.* <sup>f</sup> *Rättat från i dem ms.* <sup>g</sup> *D.v.s.* pristinam. <sup>h</sup> *D.v.s.* perennis. <sup>i</sup> *Sannolikt avskrivningsfel för (nobis ...) prestituris.*

<sup>1-1</sup> *Läs: quatinus, eosdem administratores ... habens ... commendatos, administratoribus ... te liberalem exhibeas et ... graciosum.* <sup>2</sup> *Futurum simplex för väntad presens konjunktiv (efter quod).*

6278 b.

1360 maj 19.

Villeneuve-lès-  
Avignon.

Påve Innocentius VI meddelar alla ärkebiskopar och biskopar i Tyskland, Danmark och Sverige att han hållit rannsaking över ärkebiskop (Jakob) i Lund. Rannsakingens innehåll enligt till skrivelsen bifogad handling (nr 6280 nedan) skall uppläsas och förklaras för menigheten vid gudstjänst i varje större kyrka och i andra kyrkor eller på andra lämpliga platser varje sön- och helgdag.

Reg. Vat. 241, fol. 30 v – 31 r, Vatikanarkivet.

Tryckt: APD nr 516; Dipl. Dan. III: 5, nr 314.

Översättning: (till modern danska) Danmarks Riges Breve III: 5, nr 314.

Se nr 6273 ovan med där anförd litteratur och där uppräknade brev.

Venerabilibus fratribus vniuersis archiepiscopis et episcopis per Alamaniam, Daciam / et Sueciam constitutis / salutem et cetera .. / Nuper aduersus J[acobu]m<sup>a</sup> archiepiscopum Lundensem / de fratrum nostrorum consilio processum<sup>b</sup> habuimus, cuius tenor sequitur super hijs uerbis / Sicut periti medici et cetera usque in finem / Quocirca fraternitati uestre per apostolica scripta / mandamus quatinus uos et singuli uestrum / per uos / uel alium seu alios processum huiusmodi / ac omnia et singula in eo contempta<sup>c</sup> / singulis diebus dominicis et festiuis / dum populus conuenerit ad diuina / in singulis uestris maioribus et alijs ecclesijs atque locis / uestrarum ciuitatum et diocesum, de quibus expedire uideritis, publicetis / et populo exponatis / seu exponi<sup>d</sup> faciatis / per alios integraliter in wlgali<sup>e</sup> / <sup>f</sup>-Datum ut supra<sup>-f</sup> /

<sup>a</sup> *Johannem ms.* <sup>b</sup> *Delvis i marginalen med hopträngd stil ms.* <sup>c</sup> *D.v.s.* contenta. <sup>d</sup> *expo ni utan avstävningstecken vid radskifte ms.* <sup>e</sup> *D.v.s.* vulgari. <sup>f-f</sup> *Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis · xiiij · Kalendas Junij / anno octauo .. (ovan anförd hs fol. 30 v).*